

Vnio non reuocatur quando adest privilegium, quod non possit reuocari, & quando e contra, cap. 8. num. 460.
 Vniones que sunt fauorabiles, c. 8. n. 444. vique ad 449.
 Vnio quomodo debeat fieri esse tam vniuersi Papae, c. 8. n. 464.
 Dicitur facta, etiam si effectus differatur, c. 8. n. 466.
 Vnio quando vacat per cessum, vel decelium, c. 8. n. 468.
 Quid apprehensa possessione, c. 8. n. 468. & seqq.
 Quando suspendatur ex causa ex nunc, prout ex tunc, c. 8. n. 477.
 Sortita effectum in vno beneficio, quo casu se extendat ad alia, cap. 8. n. 479. & 492. vbi quid si fuerit Ecclesie Cathedralis.
 Dissoluitur cessante causa, cap. 7. num. 482.
 Suspenda non reuocatur, sed illius executio suspenditur, c. 8. n. 478.
 Eius dissolutio coram Ordinario tractari debet, c. 8. n. 484.
 Debet fieri concludenti probatione, cap. 8. num. 485.
 Vnionis possessio quomodo capienda post mandatum executoris, cap. 8. num. 492.
 Vnita Ecclesia, quando transferatur Capellae, c. 8. n. 496.
 Vnionis reuocatio operatur idem, ac si facta non fuisset, c. 8. n. 483.
 Vnio facta, vt non vacet beneficium, cap. 8. num. 501.
 Vnionis, & vnionis signa, vel Capituli differentia, c. 8. n. 513.
 Vnionis, & vnionis signa, cap. 8. num. 514.
 Vnio ne facta absque consensu eius, cui praeiudicium inferitur, an valeat, cap. 10. num. 1. & seqq.
 Quid sit legitima causa vniendi, cap. 10. num. 2.
 Vniones fieri non possunt ab Episcopo pro Seminario futuro, cap. 28. num. 440.
 Secus a Papa, cap. 28. num. 447.
 Fururo Seminario fauorabiles sunt, cap. 28. num. 448.
 Non reuocantur per nouas regulas Cancellariae, c. 28. n. 449.
 Vniones esse Ecclesiis damnosae, non applicatur vnionibus pro Seminario, c. 28. n. 450. Vide *Seminarium*.
 Quomodo possit facere Episcopus pro Seminario, c. 28. n. 440. & seqq.
 Vniones possunt fieri pro Seminario, & ex quibus beneficiis, c. 28. n. 457.
 Fieri debent specificae, & non genericae, c. 28. n. 459.
 Non possunt fieri de primis vacantibus pro Seminario, c. 28. n. 461.
 Nec de beneficiis ad collationem inferiorum spectantibus, & de aliis, c. 28. num. 462. & seqq.
 Vnio potest fieri Seminario erecto, etiam si fabrica non fuerit perfecta, cap. 28. num. 457. & 459.
 Etiam si Magistri, & scholares habitent in domo conducta, dummodum sumus non adit fraudis, cap. 28. num. 430. & seqq.
 Vnio pro Seminario quomodo iustificatur, & quid praecedere debeat, cap. 28. num. 425. & seqq.
 Vnionem non debet facere Episcopus cum opinione probabilis, & quare, cap. 28. num. 446.
 Vnio pro Seminario, de quibus beneficiis fieri possit, c. 28. n. 456.
 Potest fieri pro Seminario de beneficiis reueruatis ante vacationem, c. 28. num. 467.
 Non potest fieri de beneficiis promoti ad Episcopatum, c. 28. n. 468.
 Si fiat de beneficiis vacantibus extra menses ordinarios non valet, cap. 28. num. 470.
 Non impeditur per impetrationem, & resignationem, c. 24. n. 471.
 Qua forma fieri debeat, cap. 28. num. 472.
 An debeat citari possessor, cap. 28. num. 475.
 Non includitur in Regulis Cancellariae, cap. 28. num. 478.
 Facta ab Episcopo, P. palis reputatur, cap. 28. num. 481. & 491.
 Non dissoluitur ex parte causae, cap. 28. num. 482.
 Non valet nisi sitante necessitate sustentationis, c. 28. n. 483.
 Quando sortitur effectum, c. 28. n. 469. 487. & 491.
 Non potest fieri sine consilio Deputatorum, c. 28. n. 473.
 Valet etiam si taxa beneficiorum non sit facta, c. 28. n. 476.
 Vnionem factam pro Seminario ab Episcopo, non est opus confirmari a Papa, cap. 21. num. 491.
 An possit dissolui ab Episcopo, cap. 28. num. 479. & 491.
 Vnio non tollitur per Papae provisionem, nisi de ea fiat mentio, c. 28. n. 490.
 Pro Seminario quando dissoluitur, c. 28. n. 491.
 An dissoluitur ob non perceptionem fructuum, c. 28. n. 492.
 Vnio an possit dissolui ab Episcopo qui vniuit, c. 28. n. 480.
 Vnita an possint resignari, cap. 28. num. 488.
 Vnio pro Seminario deficientibus scholaribus quando annullatur, c. 28. num. 588. & seqq.
 An reuocatur ipsis reuertentibus, c. 28. n. 590.
 Vnio utilis, diuino perniciosa, & quare, cap. 33. num. 2.
 V N I O N E.
 Vnio qui potest, an possit dissolui vnionem, c. 28. n. 480.
 Vnionis Episcopatus solus est Papae, cap. 3. num. 8.
 Quae beneficia vnire possit Episcopus, cap. 3. num. 11.
 Vnionem Cathedralis solus Papa potest, cap. 8. num. 3. & seqq.
 Vnionem non solet Papa absque causa, cap. 8. num. 29.
 Vnionem quando possit Episcopus praebendis, Canoniciatus, & Dignitates Cathedralis, cap. 8. num. 6. & 11. & seqq.
 Vnionem quando possit beneficia reueruata, cap. 8. num. 161.
 Quo casu p. sint obtineri a reppiculis, vbi adest indultum, c. 8. n. 162.
 Vnionem non debent beneficia verbo, c. 8. n. 238.
 Vnionem non s. silent beneficia monocularia, & de eorum qualitatibus, c. 8. num. 244. & seqq.
 Vnionem non potest Episcopus contradicente Rectore, & quando e contra, c. 10. n. 13. & 22. V N I T A S.
 Vnitas quando facit praesumere vnionem, c. 8. n. 208.

Vnionis, & vnionis Ecclesiae, vel Capituli differentia, c. 8. n. 513.
 Vnionis, & vnionis signa, c. 8. n. 514.
 V N I V E R S I T A S.
 Vniuersitas quando transfert omne ius suum in aliquos, veluti Decuriones, cap. 22. num. 85.
 Vniuersitatis nomine veniunt Capitula, & Monasteria, c. 23. n. 27.
 Vniuersitas succedit scholari decedenti ab intellectu, c. 28. n. 565.
 V N V M.
 Vnus duorum vices sustinet non potest, c. 8. n. 208.
 Vno probato non dicitur probatum alterum, c. 8. n. 233.
 Vna, & eadem res potest esse fauorabilis, & odiosa, c. 8. n. 260. & seqq.
 Potest diuerso iure censi, & quando secus, c. 8. n. 261. & seqq.
 Non potest pro parte acceptari, & pro parte repudiari, c. 8. n. 262.
 Non potest corporali, & spiritali ratione diuerso iure ceteri, c. 8. n. 266.
 Vnum esse potest, etiam si variis nominibus sumatur, c. 15. n. 26.
 Vnum quibus modis sumatur, & quomodo inuertatur, c. 15. n. 27.
 Vnus quibus duas personas representare potest, iura vtriusque retinet, ac si duae essent, cap. 25. num. 465. & seqq.
 V O L V N T A S.
 Voluntas Principis de necessitate nullis legibus subiacet, sed de honestate, cap. 6. num. 33.
 Voluntates P. Papae potest commutare, c. 10. n. 14.
 Voluntas non potest iniqui in alienis arbitrio, c. 10. n. 42.
 Voluntas elicitur ex non facto eodem modo, ac ex facto, c. 25. n. 476.
 Voluntatem suam adimpleri morientibus gratissimum est, praecipue circa sepulturam, cap. 26. num. 224.
 V O T V M.
 Votum Episcopi in cumulata visitatione quid operetur, si vnus ex aliis iungatur, c. 25. n. 167.
 Votum allociandi processiones seruari debet, c. 25. n. 247.
 Votum Episcopi tantum valet quantum votum totius Capituli in commissionibus, quae dantur Episcopo, & Capitulo, c. 28. n. 269.
 V O X.
 Vocibus nouis student coeli, cap. 15. n. 89.
 De votum proprietate an liceat quaestiones inferre, c. 15. n. 1.
 Voces duas quando quis habet in Congregationibus, c. 8. n. 370. & 374.
 V R B S.
 Vrbs, & Civitas in quo differant, c. 15. n. 160.
 Vrbs vnde sic dicitur, cap. 4. num. 27.
 V S V S, & N O N V S V S.
 Vfus privilegii in parte interrupti praescriptionem non v. s. c. 8. n. 343.
 Vfus, & consuetudo multum operantur circa possessionem, c. 10. n. 48.
 Non v. s. non facit amittere privilegium si non euenierit casus non v. tendi, cap. 8. n. 351.
 Non v. s. inualidat gratiam, c. 8. n. 338. cum seqq.
 V S V F R V C T V A R I V S.
 Vfructuarius non facit fructus pendentes suos, c. 16. n. 140.
 V S V A R I V S.
 Vfuarius non potest alteri locare, c. 16. n. 139.
 Vfuario mortuo res ad proprietatem reuertitur, c. 16. n. 196.
 V T I L I T A S.
 Vtilitas praesumitur ex longissimi temporis obseruatione, c. 8. n. 247.
 Vtilitas publica facit dispositionem, & gratiam fauorabilem, c. 3. n. 268.
 Et priuata si in bonum redimat publicum, c. 8. n. 277.
 Vtilitas publica compellit dominum ad vendendam domum, c. 10. n. 124.
 Vtilitas qualis esse debeat, vt quis lucratur distributiones in absentia, cap. 28. num. 575.
 V T E N S I L I A.
 Vtenilia, & vestimenta Ecclesiae pretiosissima, etiam pro seruitio Altaris, a tempore Apostolorum, c. 20. num. 11. & seqq.
 Vide *Ornamenta*.
 Vtenilia Ecclesiae libera sunt a Quarta Episcopi, c. 20. n. 59. & seqq.
 Ecclesiae, & eorum decor maiestas a quo tempore incepit, c. 20. n. 102.
 Ex eis veritas nostrae Religionis probatur, c. 20. n. 10.
 An liceat de illis Testamento disponere, c. 20. n. 103. & seqq.
 Canonorum, & aliorum Clericorum Cathedralis, an eis debeantur, cap. 20. num. 106.
 An de eis possint Clerici libere disponere, c. 20. n. 108.
 Vtenilia Confraternitatis an donari possint, c. 25. n. 206.
 Vtenilia Confraternitatis non subsunt Ecclesiae Cathedralis, c. 25. n. 312.
 Vtenilia Ecclesiae quando in v. s. profanos conuerti possunt, c. 26. n. 260.
 V V L N V S, V V L N E R A N S.
 Vvlnus curatur, si v. s. inspicitur, c. 6. n. 57.
 Vvlnus Cardinalem qua poena puniatur si conualuerit, & quid in Episcopo, cap. 9. num. 26.
 V V L T V S.
 Vvltum pecoris inspicere debet Pastor, c. 6. n. 57.
 Vvltum testis inspicere debet Iudex, c. 6. n. 56.
 V X O R.
 Vxor antiquitas non recte deducitur ex antiquitate viri, c. 2. n. 171.
 Vxor Loth quare in statum salis versa fuit, c. 27. n. 83.
 Vide *Consuet.*

Z

S. Z E N O.

D. L. Zenonis Reliquiae concessae illius Templo a Carolo Magno, & quare, cap. 26. num. 89.

TRACTATUS DE JURISDICTIONE ADJUNCTORUM

COADJUVANTIUM EPISCOPUM CONTRA


Præbendarios suos criminaliter procedentem,

A U T H O R E

D. LUDOVICO A SARAVIA,

Metropoliticae Sedis Caesaraugustae Canonico, Juris Pontificii in Oscefi. & Caesaraugustani. Gymnasiis Interprete, atque eiusdem Archiepiscopatus Vicario Generali.

CUM INDICIBUS QAESTIONUM, AC MATERIARUM.



VENETIIS, M. DC. XCVIII.

Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.



LECTORI.

LX quæstionibus in hoc libro disputatis, aliæ ex professo, & principaliter, quas Elenchus subsequens demonstrabit. Aliæ incidenter, vel resolutivè interferuntur. Hæ sunt.

An Adjuncti jurent & signent provisionalia? quæst. 15. num. 15. & 17.

Quid si unus ex adjunctis delinquat? quæst. 5. in fin. & quæst. 6. num. 11.

De suspitione unius ex conjugicibus an alii noscant? quæst. 9. num. 12.

Quid si Episcopus recusetur? quæst. 9. num. 12.

An solus Episcopus absolvat in foro interno? quæst. 15. num. fin.

An Capitulum Sede vacante procedat cum Adjunctis? quæst. 17. num. 35. & 32. num. 5.

Quid si Episcopus non sit consecratus? quæst. 17. num. fin.

An solus Episcopus procedat contra Pœnitentiarium renuentem audire confessiones? quæst. 18. num. 16.

An Adjuncti procedant contra delinquentem in alia Dicecesi? quæst. 22. num. 34.

An unus sine altero sed cum Episcopo ritè procedat? quæst. 31. num. 21.

An Adjuncti jure Sportulas petant? quæst. 32. num. 10.

An ab Adjunctis appelletur ad immediatum superiorem? quæst. 32. num. 11.

An unus ex Episcopo & Adjunctis alteri, vel aliis inhibeat? quæst. 32. num. 14.

ELENCHUS TOTIUS OPERIS.



- Questio Prima, An assistat vel resistat jus commune Adjunctorum Constitutioni?
 Quæst. II. An Tridentina Synodus de novo aliquam jurisdictionem tribuerit Capitulis?
 Quæst. III. An Adjunctis sit aliqua jurisdictio?
 Quæst. IV. An jurisdictio ista sit appellanda, cumulativa, privativa, simultanea, vel aggregativa?
 Quæst. V. An Episcopo nolente, vel non valente contra Capitulares delinquentes procedere, jurisdictio devolvatur ad Adjunctos?
 Quæst. VI. An solus Episcopus contra universum Capitulum delinquens procedat?
 Quæst. VII. An singuli de Capitulo renuntiare possint Adjunctorum favori?
 Quæst. VIII. An tacitus Adjunctorum consensus sufficiat, vel requiratur expressus?
 Quæst. IX. An Adjuncti ut suspecti possint recusari?
 Quæst. X. An decretum hoc habeat locum in Cathedralibus dumtaxat?
 Quæst. XI. An Ecclesia in Cathedrali erecta post Tridentinum gaudeat Adjunctis?
 Quæst. XII. An de jure competat Episcopis jurisdictio omnimoda & independens à Capitulo, vel nominandis ab illo contra Canonicos regulares?
 Quæst. XIII. An Episcopus possit omnimode procedere, si Capitulum initio anni conjudices non eligat?
 Quæst. XIV. An Episcopus non etiam ejus Vicarius possit procedere criminaliter contra Capitulares?
 Quæst. XV. An potestas absolvendi Capitulares à censuris competat Episcopis independentem?
 Quæst. XVI. An Episcopus possit monere Capitulares sine Adjunctis, ut à suspectarum mulierum consortio abstineant?
 Quæst. XVII. An discordibus Episcopo & Adjunctis in electione tertii, ad Capitulum Cathedrali vicinibus & pastore vacans tertii electio devolvatur?
 Quæst. XVIII. An Episcopus solus possit privare Capitularem ob non susceptionem ordinis præbendæ suæ annexi?
 Quæst. XIX. An qui intra annum immediate sequentem potest initiari sacris requisitis ad præbendam, sed non qualibet parte anni sit admittendus ad illam?
 Quæst. XX. Quando Episcopus solus ad necessariam Capitularium detentionem possit procedere?
 Quæst. XXI. An Episcopus solus possit procedere contra Dignitates non Capitulares?
 Quæst. XXII. An Episcopus cum Adjunctis procedat contra Capitularem alterius Diocesis, sed in sua delinquentem?
 Quæst. XXIII. An Episcopus procedat cum Adjunctis contra Portionarios Capitulares?
 Quæst. XXIV. An Episcopus possit visitare Capitulares sine Adjunctis, ubi contraria immemorialis consuetudo viget?
 Quæst. XXV. An sint sublata statuta, vel concordie à Sede Apostolica confirmata quibus decernitur Episcopum sine Adjunctis non posse Capitulares visitare?
 Quæst. XXVI. An interposita appellatio in visitatione suspendat, vel devolvat?
 Quæst. XXVII. An Episcopus possit subditos eximere à visitatione?
 Quæst. XXVIII. An in levibus possit Episcopus contra Capitulares procedere sine Adjunctis?
 Quæst. XXIX. An Episcopus possit procedere sine Adjunctis contra Coadjutores Capitularium?
 Quæst. XXX. An licitus sit recursus ad regium tribunal pro defensione iur. Adjunctorum?
 Quæst. XXXI. An gesta per Episcopum sine Adjunctis sint irrita, vel irritanda?
 Quæst. XXXII. An Adjuncti sint Judices delegati, vel ordinarii.
 Quæst. XXXIII. An Capitulo sit jurisdictio aliqua in Decanum, in Capitulares, vel Præbendarios?
 Quæst. XXXIV. An Decanus habeat jurisdictionem in Capitulum, vel Præbendarios?
 Quæst. Ultima, De fonte ex quo harum quaestionum resolutio congesta fuit, idest de Auditoribus Sacræ Rotæ Romanæ?

DE JURISDICTIONE ADJUNCTORUM, P R Æ F A T I O.



DE Jurisdictione Adjunctorum studiosa brevitate acturus, qua de re nemo (quem viderim) hucusque tractatum edidit, ante oculos proponam duplicem Tridentini legem, causam multiplicis jurgii, in quo componendo sacra Cardinalium & Rotalis Consistorii Congregatio oleum & operam non modicam adhibuerunt.

Prima lex constituitur in cap. 4. sess. 6. de reform. Et sic statuit: *Capitula Cathedralium & aliarum maiorum Ecclesiarum, illorumque persona nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, iuramentis, concordatis, que tantum suos obligent auctores, non etiam successores tueri se possint, quominus à suis Episcopis, & aliis maioribus Prælatibus per se ipsos solos, vel illis quibus sibi videbitur adiunctis iuxta canonicas sanctiones toties, quoties opus fuerit, visitari, corrigi, & emendari, etiam auctoritate Apostolica possint, & valeant.*

Secundam legem reperies in cap. 6. sess. 25. de reform. in genere, & sic decernit: *Statuit sancta Synodus, ut in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis decretum sub fel. rec. Paulo III. quod incipit, Capitula Cathedralium, observetur, non solum quando Episcopus visitaverit, sed & quoties ex officio, vel ad petitionem alicuius contra aliquem ex contentis in dicto decreto procedat: ita tamen ut cum extra visitationem processerit, infra scripta omnia locum habeant, videlicet, ut Capitulum initio cuiuslibet anni eligat ex Capitulo duos, de quorum consilio & assensu Episcopus, vel eius Vicarius tam in formando processum, quam in ceteris omnibus actibus, usque ad finem cause inclusive, coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in eius domo, aut consueto tribunali procedere teneatur. Unum autem tantum sit utriusque votum, possitque alter Episcopo accedere. Quod si ambo ab Episcopo discordes in aliquo actu, seu interlocutoria, vel diffinitiva sententia fuerint: tunc intra sex dierum spatium cum Episcopo tertium eligant: & si in electione tertii, etiam discordent, ad viciniorum Episcopo electio devolvatur; & iuxta eam partem cum qua tertius conveniet, articulus in quo erat discordia, terminetur: alias processus, & inde secuta nulla sint, nullosque producant iuris effectus. In criminalibus tamen ex incontinentia proventibus, de qua in decreto de concubinariis, & in atrocioribus delictis, depositionem, aut degradationem requirentibus, ubi de fuga timetur, ne iudicium eludatur, & ideo opus sit personali detentione, possit initio solus Episcopus ad summariam informationem & necessariam detentionem procedere: servato tamen in reliquis ordine præmissis. In omnibus autem casibus ea ratio habeatur, ut iuxta qualitatem delicti, ac personarum, delinquentes ipsi in loco decenti custodiantur. Episcopis præterea ubique is honor tribuatur, qui eorum dignitati par est: eisque in choro, & in Capitulo, in processibus, & in aliis actibus publicis, sit prima sedes, & locus, quem ipsi elegerint, & præcipua omnium rerum agendarum auctoritas. Qui si aliquid Canonicis ad deliberandum proponant, nec de re ad suum vel suorum commodum spectante agatur, Episcopi ipsi Capitulum convocent, vota exquirant, & iuxta ea concludant. Absente vero Episcopo omnino hoc ab iis de Capitulo ad quos hoc de iure, vel consuetudine spectat, perficiatur, nec ad id Vicarius Episcopi admittatur. Ceteris autem in rebus Capituli iurisdictio, & potestas, si qua eis competit, & bonorum administratio salva, & intacta omnino relinquatur. Qui vero non obtinent dignitates, nec sunt de Capitulo, in omnibus in causis Ecclesiasticis Episcopo subiiciantur; non obstantibus quoad supradicta privilegiis, etiam ex fundatione competentibus; nec non consuetudinibus etiam immemorabilibus, sententiis, iuramentis, concordatis, que tantum suos obligent auctores, salvo tamen in omnibus privilegiis, que universitatibus studiorum generalium, seu earum personis sunt concessa. Hac autem omnia & singula in iis Ecclesiis locum non habeant, in quibus Episcopi, aut eorum Vicarii ex constitutionibus, vel privilegiis, aut consuetudinibus, sive concordatis, seu quocumque alio iure maiorem habent potestatem, auctoritatem, ac jurisdictionem, quam præsentis decreto sit comprehensum, quibus sancta Synodus derogare non intendit.*

Circa utriusque decreti declarationem occurrunt multa dubia quotidiana, & quæ innotescant digna, quæ tamquam velites instructæ aciei deferrent ad maiorem Canonialis operis notitiam, subsecuturi (si Deus permiserit) primum hoc laborum meorum genimen.

S V M M A R I V M.

Consilium & consensus differunt, num. 1.
 Dicitur, libere quid significet, num. 2.
 Canonici non comprehenduntur clericorum appellatione, num. 3.
 Exceptio debet esse de regula, num. 4.
 Presentia importat consilium, num. 5. & Consensum, num. 54.
 Clerici omnes fratres appellantur Episcopi, num. 6.
 Episcopus est caput Capituli, num. 7.
 Caput est principalis pars corporis, num. 8.
 Episcopus ceterarum dignitatum culmen est, num. 9.
 Episcopus in quibus casibus requiritur ad consilium, vel assensum Capituli, non liquet, num. 10. regula datur, num. 62.
 Clerici Episcopi id est Capitulum Cathedralis, num. 11.
 Capitulum unitio de iure spectat ad Capitulum, num. 12.
 Sacerdotes id est Capitulum Cathedralis, num. 13.
 Capituli consensus generaliter ab Episcopo spectari debet, num. 14. maxime in gravibus, num. 58.
 Seniores & Senatus pro Capitulo Cathedrali accipiuntur, num. 15. & num. 56.
 Consilium idem quod assensus significat in arduis, num. 16. & 49.
 Iurisdiclio facilius limitatur quam tollitur, num. 17.
 Canonici faciunt unum corpus cum Episcopo, num. 18.
 Episcopus de iure habet Canonatum in Cathedrali, num. 19.
 Canonici equiparantur cordi, num. 20.
 Capitulum iurisdictionem acquirit contra Canonicos per spiritum decem annorum, num. 21.
 Episcopus solus iurisdictionem exercet ob Canonorum negligentiam, num. 22.
 Canonici non habentur in Trid. qui pro eis responderet, num. 23.
 Fratemitas maior intercedit inter Capitulum & Episcopum, num. 24.
 Quando requiritur assensus, vel consilium Capituli, num. 25.
 Decisio Putei 209. lib. 1. n. 4. declaratur, num. 26.
 Episcopus se habet cum suo capitulo, ut Archiepiscopus cum suis Episcopis, num. 27.
 Poena irrogationem auget, vel minus persone conditio, num. 28.
 Canonici fratres Episcopi censentur, ut & Cardinales fratres Pape, num. 29.
 Canonici Cardinales appellantur, num. 30.
 Canonici sunt in magno honore, num. 31.
 Canonici equiparantur dignitatibus, num. 32.
 Canonici sunt collaterales Episcopi, num. 33.
 Canonici dicuntur clerici primi gradus, num. 34.
 Canonici plura officia exercere cum Episcopo, num. 35.
 Canonici nomen est honoris, non oneris, num. 36.
 Reges multi scribuntur Canonorum alio, num. 37.
 Adunctorum assistentia multis rationibus convenit, num. 38.
 Adunctorum adhibentur iudicibus suspectis etiam in Aragonia, num. 39.
 Episcopi olim adiungebantur iudicibus suspectis, num. 39.
 Exemptio concedi solet ratione litis cum ordinario, num. 40.
 Ecclesia del Pilar primo fuit ad tempus exempta ratione litis, num. 40.
 Capitulum frequenter ligatur cum suo Episcopo, num. 40.
 Adunctorum concessio Sedis Apostolicæ mansuetam conservat, num. 41.
 Caesar augustana Sedis adunctorum concessio, num. 42.
 Iurisdiclio omnimoda que sit, num. 43.
 Archiepiscopo Borio iurisdictionem Adunctorum impugnantem nihilominus confirmata fuit, num. 44.
 Argumentum ab absurdo valet, num. 45.
 Libertas esse debet in suffragiis ferendis, num. 46.
 Cap. 3. de consuetud. in 6. intellectus, num. 47. 49.
 Consuetudo prescripta dicitur si 40. ann. spatio maneat, num. 48.
 Cap. Archiepiscopus 9. c. 2. intellectus, num. 50.
 Cap. 1. de offic. ordin. intellectus, num. 51.
 Capituli consensus non excluditur ubi excluditur consensus aliorum, num. 52.
 Intellectus Cap. si quid vero dist. 86. num. 53.
 Intellectus Cap. 1. de excess. Prel. num. 54.
 Intellectus Cap. novit de his que sunt a Prelatis, num. 55.
 Capitulum cur dicatur Senatus, num. 56.
 Episcopus quo plus videt plus sibi distat, num. 57.
 Canonici maiorem notitiam habere presumuntur rerum Ecclesiasticarum, num. 58.
 Decis. 613. p. 1. divers. declaratur, num. 59.
 Immemorialis 100. annorum spatium requirit, num. 60.
 Consilium quando & quando requiritur consensus, n. 61. 66.
 Consilium & assensus quomodo distinguantur, num. 62.
 Consilium multiplex est, num. 63.

Consilium compellitur audire, num. 64.
 Consilium & consensus promiscue veniunt in sermonem, n. 65.
 Consuetudo excludit consilium non solum assensum, num. 66.
 Episcopus habet dispensat sine Capitulo, num. 67.
 Consensus Capituli quando requiritur ab Episcopo, num. 68.

QUESTIO PRIMA.

An assistat vel resistat commune Adunctorum Constitutioni?

Resistere videtur ex multis iuribus in quibus solum Consilium Episcopus tenetur requirere sui Capituli, non etiam consensum quodammodo ad punitionem contra Capitulares processerit, quod certissimum videtur ex cap. 3. de consuet. lib. 6. quatenus disponit valere consuetudinem, ut in puniendis excessibus suorum subditorum Episcopus Consilium sui Capituli requirere minime teneatur.
 Sed Consilium & consensus differunt, nam illud sequi est voluntatis, istum sequi est necessarium, & demique, §. fin. 4. dist. c. nullus ex consilio de reg. iur. in 6. c. cum olim de arbit. c. ne pro defectu 45. cum in veteri 52. de elect. profertur Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 380. n. 3. qui Doctores loquuntur de requisitione Concilii. At de consensu requisito necessario sequendo, est tex. in c. 8. consensu 29. q. 1. & plura tradunt Gomez de impetr. benef. per obit. sam. Cardin. q. 11. sub n. 2. Gonz. reg. 8. glo. 47. n. 3. Ergo si Episcopus consilium non assensum sui Capituli in subditorum castigatione postulat resistit ius constitutionis huius scilicet in c. 6. §. 2. 5. que Adunctorum desiderat & consilium & assensum.
 Secundo ex c. 11. de offic. ordin. ubi dicitur quod Episcopi liberam & habent subditos suos corrigendi facultatem, & que libera non esset, si ex capituli voluntate penderet, cum quidam, 2. 4. de reb. 2. nota Menoch. de arbit. lib. 1. q. 7. num. 2. & sequent. sicut & non dicitur libera collatio que ab alterius consensu pendet, glof. verb. libere in clem. audiam, §. si verò de sepulturis. Calfadorus decis. 3. num. 3. & 4. de provol. Paul. Emil. dec. 297. num. 6. p. 1.
 Quod si replices in d. c. 1. non comprehendit & Canonicos clericorum appellatione ut (Deo duce) in libro Canonicali latius discutimus, p. 6. c. 1. & modo confirmatur ex his que tradit Innocentius c. sedes de rescrip. Panor. cons. 9. n. 2. p. 2. idem in rubrica de vita & honest. n. 5. & in c. sitib. n. 4. vers. nota singulariter, ubi Hostiens. n. 2. & Butt. n. 6. de verb. sig. Ana. in c. ad abolendam de heret. Felin. in cap. non dubium de sent. excom. & maxime quando agitur de punitione, ut multis probant D. Card. Illustris. Bellarm. & Joannes Fagnanus J. C. celebris in responso contra Venetos, 4. p. consil. 32. §. 8. tunc & instatur quod & contra Canonicos Episcopos de iure correctionis & reformationis officium libere valet exercere, ut in c. irrefragabili in prin. in ultio §. excessus de offic. ordin. ubi excipitur quod capitulum punit Canonicos, si id habeat consuetudo: ergo comprehendebantur Canonici in regula generali que datur Episcopo libere subditos suos corrigendi; nam alia non est exceptio de regula contra l. nam quod liquet, §. fin. de pen. legat. l. 1. de reg. iur. quod declarat Covar. 2. var. c. 5. n. 4. Gonz. reg. 8. glof. 51. an. 1.
 Tertio, quia in correptione ab Episcopo faciendi, sui Senatus presentiam duntaxat tenetur adhibere, c. si quid vero ibi presentibus Ecclesiæ sue senioribus, §. c. dist. c. Episcopus nullus, §. 9. 7. ibi ab excess. presentia suorum clericorum. Presentia vero non exigit consensum l. coram Titulo, 209. de verb. sig. & ad plurimum importat consilium, l. si quis mihi bona, §. si coram, ubi glo. verb. verò de acquir. hered. latius profertur Rotæ decisio auctore Puteo lib. 3. decis. 92. num. fin. que ad hanc partem aliquantulum inclinare videtur.
 Quarto, præstat & argumentum, quod non solum Canonici, sed & omnes & clerici generaliter fratres censentur Episcopi, c. 1. de excess. Prel. & pro correptione quorumcumque clericorum solus Episcopus de iure adiri iubetur in c. de persona 32. l. 1. q. 1. Ergo in iure omnimoda Episcoporum contra fratres Canonicos iurisdiclio corroboratur.
 Quinto, quia Episcopus & est caput Capituli, c. novit de his que sunt a Prelatis, & per consequens principalis pars ipsius, c. scire, 7. q. 1. l. argentarius, D. de edendo, l. cum in diversis, D. de relig. in quo & ratio viget & pars superior est cui com-

competit subditos, id est membra regere, & corrigere c. oves, 6. q. 1. c. dilectissimi, §. 3. q. 2. c. regenda, l. 1. q. 1. c. cum inferior de maior. & obed. & merito quia ille dicitur esse caput qui dignior & sublimior exercet ut Episcopus, pluribus confirmat Paulus Æmilius decis. 21. q. 2. p. 1. Ergo sicut caput continet cætera membra, & moderatur absque consensu membrorum reliquorum, sic & Episcopus sine sui Capituli assensu illud continere & moderare licet, quia caput est etiam totius cleri, latè Curia Pisana c. 8. ubi additio num. 6.
 Sexto, quia Episcopus qui & ceterarum Dignitatum culmen est, de quo loquitur textus in cap. Venerabili, 37. de prebend. & dignit. ibi: vix ad culmina dignitatum ne dum ad prebendas veri eminentis scientie valeant reperiri, notat glof. verb. dignitatum in c. 2. eodem tit. in 6. Paulus Æmilius dec. 307. n. 5. p. 1. per textum in c. innotuit de elect. Burfac. cons. 30. lib. 4. n. 1. 4. & facit textum in c. de elect. in 6. non videtur indigere aliorum adiutorio & consilio ut secundum aequitatis & juris tramitem vite civiliter, five criminaliter in quocumque casu procedat, iuxta considerationem Illustrissimi Palæotius altioris Episcoporum gradus de sacris consistorii consultationibus, art. 2.
 Septimo, hæc negantium pars sulcitur ex dec. Rotæ 615. n. 2. p. 1. divers. Ubi fatetur & Domini non esse satis clarum in iure, que sint ardua illa in quibus consensus vel consilium Capituli requiritur ab Episcopo.
 Contraria tamen sententia que venior est multis iuribus & rationibus fuadetur. Primo, ex c. Episcopus nullus, §. 5. q. 7. ubi hæc verba Episcopus nullus causam audiat absque presentia suorum clericorum, & ubi glossa declarat sine consensu sui Capituli, c. novit de his que sunt a maior. par. Capit. d. c. 2. §. 1. num. 2. declarans ait, esse nullam sententiam cuiusdam Archiepiscopi sine sui Capituli consensu latam. Hoc expressius Antonius de Bruttio declarat in d. c. irrefragabili n. 20. ubi sup. quandoque & in potestate corrigendi & eligendi attendimus jus commune, quandoque jus specialiter attenditur jus commune, de iure principaliter potestas spectat ad Episcopum de consensu Capituli, ubi Innocent. n. 5. ait, Episcopum non debere corrigere excessus suorum Canoniorum, cum sit ardua causa sine Capitulo suo, ex d. c. Episcopus. Idem asseverat Panorm. ibidem in §. excessus, num. 2. Imol. 7. & §. fol. 3.
 Secundo, ex text. in c. scitote 6. q. 3. cuius textus authoritatè glof. nota in d. c. Episcopus & Sacerdotes esse iudices simul cum Episcopo, ut infra latius, q. 3. n. 5. Idem & docuit glof. verb. Capituli in cap. 1. de excess. prelat. dum ait in punitione Canoniorum sui Capituli assensum adhibendum ab Episcopo authoritate textus in c. 2. de his que sunt a maior. par. Capit. & hunc consensum in qualibet causatur definitione desiderati & tenet glof. in c. Episcopus, 29. dist.
 Tertio, pro eadem sententia est textus in c. felix, & in c. si autem, §. 5. q. 7. ubi solus autem ad exclusionem aliorum Episcoporum non suorum clericorum dicitur, sine quorum presentia erit irrita eius sententia, que iuxta glof. verb. reclamante in c. cum non de his que sunt a Prelat. interpretatur, id est quod sine assensu Capituli sit irrita Episcopi sententia, c. ex c. si quid vero, in ultio glof. verb. Ecclesiæ, §. 6. dist. 15. ubi Greg. hæc verba & Presentibus Ecclesiæ sue Senioribus diligenter veritas est perscrutanda, Seniores & Senatus Ecclesiæ pro Canoniorum Capitulo accipiuntur & declarantur, ut insinuat Concil. Tridentinum §. 24. de refor. in genere c. 12. vers. omnes in fin. & infra latius ad sol. 6. n. 56.
 Quarto, fundatur nostra sententia ex communi Doctorum calculo tenentium & consilium requiritur a iure arduis per suum Episcopum, sic necessario esse sequendum, ac si requiretetur assensus, ut testimonium perhibet Puteus lib. 3. decis. 92. n. fin. & dicemus latissime ad solutionem 7. Sed correctio est res ardua. Achilles de Grassis dec. 2. de offic. ordin. Cesar de Grassis dec. 2. de iur. iur. n. 5. Innoc. in d. c. irrefragabili, n. 5. Marian. Socin. de citat. art. 5. q. 58. & sup. fundam. 1. Ergo licet aliqua iura desiderent Capituli consilium, cum quo Episcopus contra capitulares procedat, idem est ac si consensum præcipierent.
 Quinto, quia ius commune statuens Episcopum de assensu Capituli contra Capitulares criminaliter procedere non abdicat ab Episcopis ius corrigendi, sed tantum mode-

ratum nonnullorum Episcoporum, (qui raro reperiantur) nimis animosam liceantiam, ut maturius cum statum interventu procedant ad considerata per Abbatem in c. fin. num. 6. de consuetud. quod non est sic odiosum & iudicandum, 17 ut argumentatur gravissimus Federicus de Senis cons. 247. & in decis. Sacra in causa iurisdictionis Casarav. sine omnibus questionibus subsecuta dicitur, quod facilius limitatur iurisdiclio quam tollitur ex Balb. de prescrip. §. p. princ. par. 1. q. 8. n. 7. & Mandos. ad reg. de iur. quæ. q. 12. vers. contraria.
 Sexto, quia Canonici faciunt unum corpus & mysticum cum Episcopo ad similitudinem capitis cum membris, d. c. novit, ubi Cardin. n. 2. & glof. 1. in c. cum consuetudinis de consuetudine. Callaneus in catalog. glor. mund. 4. par. confid. 3. §. 6. facti. Ideo & Episcopus in Cathedrali Canonatum habet de iure communi ad tradita per Abbat. in c. Postulasti, n. 11. & 12. de concess. preb. Callan. d. 4. p. confid. 45. & nos in Canonicali, §. p. cap. 2. Ideo & Canonici in corpore Republicæ Ecclesiasticæ cordi rectè comparantur, nam veluti à corde in corpore naturali & vita & regimen, sic à Canonici Episcopum eligentibus, & ei consuleribus omnium penè in Ecclesiæ agendorum regimen & directio procedit, quam considerationem corroborat ex text. in c. cum Ecclesiæ Sutrina de caus. poss. ex Roderico Zamorensi Episcopo in speculo vite humane, c. 19. & peritissimo Burfateo lib. 2. consil. 177. n. 2. 3. quemadmodum ergo ad rectum corporis trahitur caput naturale & membra debent consonare, sic & caput mysticum cum fratribus consonum esse debet, cum non debeat de prescrip. Farin. dec. 587. n. 2. in novit recollectis, ubi sequitur Decium consil. 3. n. 2. 8. lib. 2. ut sic fictio operetur in casu ficto, quod veritas in casu vero, l. in bello, §. 1. de captivis & post lim. glof. verb. referatur in l. donationes quas parentes, C. de donat. inter.
 Septimo, quia in Rotæ dec. 2. de prescrip. n. 2. in novis, quam sequitur Rota apud Cesar de Grassis dec. 2. de iur. iur. n. 12. deciditur facilius & induci præscriptione, ut Decanus & Capitulum habeant correctionem in Canonicos, quia habent pro se iuris communis assistentiam, ut in reg. c. 1. de prescrip. in 6. Rursus & clarus probatur ex dec. 615. n. 1. & 4. par. 1. divo. & Puteo dec. 1. lib. 3. ubi deciditur decem annos sufficere ad consuetudinem, que habet Episcopum in iurisdictionibus cum adunctorum Capituli procedere tenent, quas decisiones sequitur Borrellus in sum. dec. tit. 14. n. 17. Ergo assistit ius tali consuetudini, nam si contra ius esset quadrangia anni foret necessarii, ut pluribus affirmat idem Borrellus tit. 13. n. 27. ut infra ad solut. 7. Articuli verò exemptionis quomodo sunt proponendi tradit Rota in prædictis lib. 8. num. 78.
 Octavo, quia Canoniorum negligentia & omissione est, ut Episcopi soli absque Canoniorum interventu iurisdictionem exerceant teste Panorm. in c. qualiter, 2. n. 6. de accusat. optime Sbrovius de offic. vicar. lib. 2. q. 55. n. 1. 4. Et quia non fuit qui responderet in Concilio & Tridentino pro Capitulis, eorum iurisdiclio fuit limitata in hoc cap. 6. §. 2. 5. Ut considerat Navar. cons. 3. de offic. ordin. quod & significavit Pialecius in præxi Episcop. 2. p. c. 2. n. 9. dum ait in ultimum ab hoc c. 6. beneficium emanasse in recompenfam aliarum facultatum iurisdictionalium quibus Cathedralium Capitula gaudebant, & quibus & præfixis & nentibus in Italia multa Capitula non gaudent, ut testatur Zerola in præxi ver. Capitulum, §. 8.
 Nono, quia licet omnes & presbyteri fratres censentur Episcopi in cap. 1. de excess. Prelat. non tamen tanta fraternitas inter illos & Episcopum, ac inter Episcopum & Canonicos Ecclesiæ Cathedralis intercedit, cap. tua de his que sunt a Prelat. cap. requisisti, §. penult. de testament. cap. Pastoralis de donat. cap. cum clericis, 19. de verborum significat. notat Hostiensis in dist. cap. novit, & nos latius in Canonicali, 2. p. cap. secundo.
 Decimum fundamentum & sumitur ex consideratis circa requisitionem consilii, vel assensus in gravibus. De quo longior sermo erit in solut. ad 7.
 Undecimo, debet & attentè considerari, quod in dictis decisionibus Rotæ apud Achilem de Grassis de offic. ord. dec. 2. num. 6. & Cesar de Grassis decis. 2. de iur. iur. num. 5. & apud Puteum lib. 1. decisio. 209. num. 4. Dominis Auditoribus non venit in dubium. An contra Capitulares Episcopus de consensu sui Capituli procedat attentè iure communi,
 A 4 muni,

muni, quod jam Rota proconstanti habuit, maximè apud Mohedanum *decif. 244. in qua Domini indiscrepant hoc senserunt. & probatur ex traditis ab Imol. in c. quanto notabili, l. in fine, & Hostien. in c. novit. §. innovat. vers. & idem forsitan de his que sunt à Prelatis, Innoc. in d. c. irrefragabili, num. 5. Sed an in omnium clericorum punitione Episcopus teneretur procedere de consilio, vel assensu Capituli? vide in d. *decif. Achil. num. 6. Vercell. decif. 202. par. 2. Gonzalez reg. 8. glof. 47. num. 13.**

27 Duodecim, quia & eadem est ratio ut Episcopus in Canonicos sine Capituli interventu non procedat, atque ut Archiepiscopus in Episcopos, illa scilicet, quia tali concordia gaudet altissimus, & gloriatur in membris suis: c. Archiepiscopus, 9. qu. 3. Sed Canonici membra sunt Episcoporum, ut supra fund. 6. & infra fund. sequenti. Ergo, idem interventus erit necessarius iuxta regulam legis non possunt. D. deleg.

28 Decimoterio ÷ confirmatur hæc juris assistentia si ponderemus, quod ipsamet ratio dicitur, ut in irrogatione, penè aliter indulgetur fratribus qui fraternitatis privilegio gaudent, ut Bart. in l. qui iurisdictioni, 2. lectur. num. 5. Baldo & Corseto de iurisdic. om. ind. notat Casaneus in catalogo gloria mundi, 4. p. confid. 32. §. 3. in fine: cum frater fecerit alter sit, Agelius not. attic. lib. 13. cap. 10. Aliter & indulgetur Magnatibus & Principibus, l. Divi fratres, 27. §. fin. D. de penis, maximè iis qui pars corporis principalis sunt, l. quisquis, 5. C. ad l. hl. Maies. ibi, Senatorum etiam nam & ipsi pars corporis nostri sunt, l. ius Senatorum, C. de Dignitatibus, lib. 12. Casan. sup. 5. par. confid. 24. num. 65. Eis enim quos principalis lateris committitur illustrat præcipuum debet decor haberi, Ergo & simili modo aliter est irroganda pena Canonici, atque reliquis clericis, qui ÷ fratres Episcopi censentur in d. quanto, sicut & Cardinales fratres Summi Pontificis in c. fundamenta, §. decet de elect. in 6. ubi notatur omnes Casaneus supra, 4. p. confid. 32. §. 3. nec mirum si enim se habent Episcopi & Canonici sicut Papa cum Cardinalibus Panorm. in dist. cap. novit. num. 3. quem sequitur Moscon. de maiest. Ecclesie, lib. 1. par. 1. cap. 30

15. Unde & ipsi ÷ Canonici Cardinales appellantur in c. 2. de offic. Archiepiscopi, ibi, Sacerdotum Cardinalium, ut Duarenus declarat lib. 1. de benef. cap. 13. ubi Panorm. idem significare videtur, dum eiusdem textus auctoritate docet & Hostien. quod sicut Cardinales saltem sacris initiati esse debent sic & Canonici, sicut hodie initiari compelluntur in Trid. sess. 24. de reform. in genere cap. 12. & nos latius profequitur in Canonicali, 1. par. cap. 29. Sunt & Canonici in magno ÷ honore, Staphileus de form. expetat. num. 40. & fol. mibi 42. Unde Canonici in formam communem non cadunt, cap. extirpanda, §. si quis verò de prebend. cap. 4. eodem tit. in 6. notat Rota *decif. 26. num. 6. eod. tit. in novit. Equiparantur*

27 Canonici & Dignitatibus, c. statum de rescriptis in 6. docet glo. in scho. pen. in c. si Canonici de offic. ordm. eod. lib. & nos latius in Canonicali, par. 6. cap. 2. Sunt Canonici ÷ & collaterales Episcopi, ut ex Baldo docet Felin. in Pastoralis, num. 12. de offic. deleg. & pars Episcopi, Staphileus de form. expetat. pag. 2. num. 4. faciunt unum corpus cum Episcopo

34 ut supra fund. 6. Dicuntur ÷ clerici primi gradus. Innoc. in c. sedes de rescriptis. Boetius de auctor. magni consilii, num. 78. quos sequitur Menoch. lib. 1. conf. 52. num. 82. Cucus insit. mai. 2. tit. 14. Zechius de rep. Ecclesie, 2. q. nu. 1. Dicuntur & ÷ membra, consiliarii, coadiutores, fratres, & Senatus ab Illustriss. Paleoto in Archiepiscopali, par. 7. fol. 513. & latè profequitur Genuesis in praxi, c. 8. §. nu. 10. Et tandem nomen ÷ Canonici ponit honorem quàm omnis significat. Innoc. in c. sedes de rescriptis. quem sequitur Fabricius in prax. benef. de simplicib. nu. 27. Et plures Reges ÷ Canonico rum albo in Cathedralibus adscribuntur, ut idem Fabr. sup. de pensio. lib. 3. tit. 12. nu. 19. & nos in Canonicali, p. 6. c. 2. Boet. de regal. 1. p. nu. 42. pag. 19. Ergo specialibus debent gaudere privilegiis in penis ii quos specialibus gratis jus commune profequitur.

38 Decimoquarto, hæc assistentia multis ÷ rationibus convenit. Primò convenit, nam quoties Episcopus procedit contra Canonicos de adjunctorum consilio & assensu omnis abest suspicio. An odio, an vindictæ ardore penam in-

figat, causam examinet & sententiam ferat? quod Adjunctorum associationem induxit, non solum in hoc celebri Aragonum Regno ÷ ex for. de Adjunctis, cujus auctor est Martinus hujus nominis Rex primus, sed & de jure communi, ut latè cumulat Mandof. de signat. iustitie commissi. 8. S. adjunctum. Et olim ÷ Episcopi iudicibus suspectis adjugebantur, Lapertissimè, 14. ubi auct. si vero, C. de indic. notat Petrus Bertrand. Card. in art. respons. 1. nu. 37. profequitur Mandof. sup. & Marchef. de iudicium suspensione, p. 2. §. 1. nu. 12. & 37. plures congerit Portol. 1. p. §. Adjunctus, nu. 1. Capycius *dec. 137. Aloy. in collect. dec. 1399. casum in quo Canonico suspecto adiungitur Episcopus* disputat Gratia. discept. 4. p. 1. nu. 17. Et pro hac sententia est textus celebris in l. hac consultiissima, §. C. qui testis fac. pass. ubi omnis suspitionis causa abesse dicitur multis oculis spectata dispositio, tot insinuat a sensibus, tot insuper in tuto locata manibus, & licet in causis civilibus Adjunctus suspitionis remotor adiciatur, maximè tamen in criminalibus, Staphileus in tr. de signatura, cap. 2. nu. 2. Pro hac sententia est text. insignis in l. si tutor, D. de suspect. tut. ubi si tutor affinis suspectus est non removetur, quia esset indignum, sed curator ei adiungitur. Secundo convenit hoc adjunctorum remedium, ne prelati crimentur iniuste, aut subditi Capitulares delinquant insolenter, ad textum in c. qualiter 2. de accus. De necessitate continendi aliquorum Prelatorum licentia plus volentium dominari, quàm pascere gregem & pro libito, amore vel odio absolvere, vel condemnare subditos assentes, vel obsequentes, insequentes, vel resistentes, plura consulti reliquit piissimus Navar. conf. 3. nu. 5. de offic. ord. Tertio convenit dispositio hujus cap. 6. nã ex illa nascitur occasio in prelati charitatis exercenda, que erga corrigendos subditos plus agit quàm potestas, plus benevolentia quàm auctoritas, plus exhortatio quàm comminatio, c. licet in 2. dist. 45. Trid. sess. 13. de ref. c. 3. Unde & tantum sermone proverbium apud nostros emanavit. Digniore esse imitatione, quæ excellenter fuit pietate. Olasc. dec. 79. nu. 58. & 59. Bofius de tortur. nu. 36. quos sequitur Madus de sacris ordmibus, c. 36. nu. 15. Quarto, convenit & repetita dispositio, quia iudicium hoc integrum presumitur cum plurimorum sententis confirmatur, c. prudentiam, 21. de offic. deleg. Et quod nemo fuit solus prudentia sub imprudentis pena innoti debet, c. n. imitari de constit. consensu illud Augustini relatum à Simanice de rep. lib. 7. c. 4. nu. 24. Ne sis iudex unicus, id est, ne tenere solus iudicis officium subeas, quasi solus iudicis & videre possis, quod æquum sit, vel iniquum, nemo enim unus omnia videt. Unde & Ecclesiasticus, c. solum deplorat cum etenim iustus fuerit non est qui erigat eum, ut considerat locum ipsum in materia iudicium Bovadilla lib. 3. politico c. 5. nu. 117. & infra latissimè ad solutionem. 6. Quinto, & convenit hoc limitatum exemptionis genus, sic appellatum à Sa creato in *decif. sua post huius questionis finem imprimenda vers. non obstat ista*, ad extinguenda lites, que ex libera procedendi facultate Episcoporum contra Capitulares exoriantur, ad tradita in causa Legionem, iurisdictionis in dec. 47. 5. nu. 1. apud Seraphinum, Casan. de privileg. dec. 6. Berall. dec. 62. nu. 4. p. 2. Exemplum sit exemptio concessa Ecclesie celebri sanctæ Mariæ Majoris hujus nominis, alio nomine del Pilar, id est Priori & Canonici à Clem. VII. durante vita D. Joannis ab Aragonia hujus sedis Castarug. Archiep. cum quo diturnas lites & importunas expertebantur, ut infra q. 12. latius profequemur. Sexto, & convenit, quia frequenter accidit ut Capitulares jurgia & lites cum Episcopis profequantur, sicut ergo clericis inferioribus exemptio conceditur à iurisdictione ordinarii cum quo causam habent ad tradita per Casan. *decif. 5. de privil. Cum inquit. maior. 2. tit. 6. num. 24. Mandof. de signatur. gratia tit. de exempt. ab Episcopo. §. Clerici.* Quid mirum si Capitularibus propter diturnas lites Episcopis in festis hoc limitatum exemptionis genus concedatur? Septimò, ÷ & convenit Adjunctorum remedium ad Apostolicæ fidei auctoritatem, & majestatem conservandam, ut considerat Ricardus Hallo Canonici de quinque partita conscientia in prefatione ad Archiepiscopum Cameracen. cuius verba sunt. Verbum unum hic atque alterum inferere volui de exemptionibus, quas ego olim juvenis novitio quodam spiritu ductus, omnes in universum tollent.

tollendas esse censui: nunc autem te melius, ac accuratius perpensa non ut Licurgus apud Lacedæmones vites esse abolendas, sic exemptiones istas tollendas esse iudico, sed cum Salone apud Athenienses qui iussit vitem colere, & fontem adducere proprius, exemptiones suo loco atque ordine esse volo. Ut autem melius sentirem de istis exemptionibus, movit me in primis duorum Capitulorum illustrum Colloniensis in Germania, & Bellovacensis in Francia contra suos Episcopos, Hermannum Collonien. & Cardinalem Castelloneum Bellovacens. hereticos ambos, constantia & fides, quibus in suas ecclesias novam doctrinam introducere mollientibus tam egregie resisterunt in faciem, ut nisi illa cum essent magna ex parte libera à jurisdictione Episcopi, fortiter se eis opposuissent, Catholica fides in his locis jam nulla esset. Hæcenus ille. Hoc ipsum ÷ & Clemens Papa VIII. præsidentia & pieteate mirificè insignitus satis consideratione dignum iudicavit, is enim in reductione hujus sedis Castarugustanæ à regulari in seculari in Bulla, qua finem hujus questionis subsequetur, Idibus Julii Anno Cl. J. C. III. n. 76. Adjunctorum decretum in hoc c. 6. Tridentini promulgatum in prædicta sede circa puniendos Capitularum excessus observari voluit, eriam si Archiepiscopus in prædictas personas majoriter habuisset & omnimodam jurisdictionem. Omnimoda ÷ jurisdictione, vel libera, vel plenissima, quod fit ea, quæ à solius exercitis facultate procedat, colligitur ex glo. verb. omnimoda in clem. 1. de foro comp. Rota dec. 196. num. 1. p. 2. dicitur Seraph. *decif. 61. nu. 1. Martha de iurisd. 1. par. cap. 8. num. 6.* Et licet in Ecclesiis regularibus Archiepiscopus qui est loco Abbatis liberè jurisdictionem exerceat in Canonicis exceptis casibus regularia instituta concernentibus, ut inf. q. 12. nihilominus Clemens jurisdictionem Archiepiscopalem limitatam in secularibus esse voluit. Et magnam ÷ Archiepiscopi irrogatam esse injuriam præsentente, D. D. Thoma à Borgia primo Ecclesie secularis Archiepiscopo, R. D. Sacratum Clementis indulgentiam sua Sententia confirmavit die 5. Februarii, anno 1609. cujus copia refert Marchesan. de commissiombus nullatam, *decif. 1. tom. 3. pag. 152.* Oclavò, & convenit pro libertate que consiliariis est necessaria in consilio perentibus Episcopis erogando, stultus est enim qui in eo se primum confirmat: ut bona que videtur discere contemnat. c. de Confirmatione palatiana dist. 22. De hac asserendi, seu consulendi facultate multa scripsit Lucas de Pen. in l. omnes, §. omnes col. 8. C. de curia illust. Paleot. de sac. conf. par. 5. qu. 1. alias qu. 38. Dñs Sesse 2. p. *decif. in Episc. reg. n. 67.* Alias rationes cumulat Baldus de Perigliis de exempt. §. 1. numer. 6. & §. 2. per totum.

Decimoquinto. Hæc assistentia confirmatur per argumentum ab absurdo ÷ quod in iure iustissimum est, l. nam absurdum de bonis libert. c. solita de aitor. & obediens. c. quem admodum de iur. iur. progreditur Covar. 2. var. cap. 4. n. 12. & in primis illud sequeretur ÷ nam si libera esset Prælati facultas procedendi contra Capitulares, non libera maneret Capitalaribus consulendi facultas, vel favore allectis, vel timore perterritis, contra illud quod Hylocrates in rapsodia, c. 18. consuluit his verbis. Permitte prudentibus liberè loquendi facultatem, ut si quid extiterit de quo ambages habeas cum quibus expedire possis & ne timeant obid tuam gratiam, favorem & benevolentiam, & in Trid. sess. 15. de reform. cap. 6. prohibetur ne Episcopi ut personaliter compareant, citentur, ne vexationis timor Segniorum reddat eum qui aliquid est facturus. Hoc ipsum significat Ilidorus relatus in c. 1. 15. q. 7. ibi, nullus nostrum sine consilio examine quemlibet presbyterum, vel diaconum deiciendum putet, nam multum fuit qui in discursu potestatem tyrannica, non auctoritate canonica damnant & sicut nonnullus gratia favoris sublimant, ita quosdam invidia odioque humiliant.

Neque obstant dubitandi rationes ÷ non prima ex c. 3. de consuet. in 6. cui fatis fit ex adductis in 1. & 4. hujus partis fundamento, sed specialius respondeo, Primò, quod in d. c. 3. dum capitur esse necessaria consuetudinem & præscriptam, ut Episcopus in corrigendis excessibus suorum sub-

ditorum sui consilium Capituli requirere non teneatur manifestello præsupponere contrarium dispositum esse in jure. Nam ubi requiritur ÷ præscriptio consuetudinis est necessarium quadragenarii temporis spatium glo. verb. legitime c. fin. de consuet. in antiq. quam sequuntur DD. quod si esset secundum jus decennarium tempus sufficeret, ut ponderavimus supra fundam. 7. Deinde respondeo ÷ specialius, 49 quod cum requiratur consilium Capituli in re ardua, qualis est Capitularium punitio ad dicta sup. fundam. 4. Consilium accipitur pro consensu, Imola in cap. novit. de his que sunt à Prælati, num. 8. vers. advertite tamen. Nec est novum ut consilium in jure accipatur pro consensu, nam hoc probat rex. in cap. venerabilis, 37. ubi glo. vers. consilio de offic. deleg. c. cum in veteri, cap. ne pro defectu de elect. l. impuberibus, D. de suspect. tutor. notat Barth. in l. 1. §. si plures de exercit. act. Pro hac sententia pondero rex. in cap. Archiepiscopus, 9. q. 3. Ad cujus rex. intelligentiam ÷ animadverto, quod ibi consilium accipitur pro consensu. Ut declarat glo. in casibus positione in c. si autem eadem causa & questione, & quod in emendationibus codicibus non reperitur consensus, sed consilium, sicut reperitur in antiquis loco consilii dictio consensus.

